e-codices

missa relatione ad traianū impatorē
clementē huc a p̄p̄lo sediciosa vocifera
cione impeti cū nulla possit placari in
ueniri Tūc impator traianꝰ rescripsit
debere eū aut sacrificiys consentire aut
trāspontū mare in herem̄o qđ adiacet
ciuitate gersonis vbi erat exilium
Qđ cum fuisset iussu traiani firmatū
cepit cū eo agere ut nō tam clemens
spontaneū exiliū peteret Sed ut magis
dyis libamina exhiberet Sz btꝰ clemēs
conabat͛ eciā ipiꝰ animū iudicis ad fidē
xpianā adducere et se ondē pferre
pocꝰ exiliū quā timere Tantā deniqꝫ
dn̄s gr̄az clementi attribuit ut flere
et iulianꝰ pfectꝰ ac diceret Deus tuꝰ
quē putas te colere ipē te adiuuet
in hac relegacione exily Et delegauit
ei nauem et oībꝫ necessariys impositis
dimisit eū Repleta est aūt nauis q̄a
de p̄p̄lo religiosi viri multi secuti sunt
eum Cū aūt puenisset ad locū exily er
ant in ergastulis ad secāda marmorea
ampliꝰ quā duo milia xpiani diutina
relegacione damnati Qui videntes
scm̄ ac noīatū clementem ep̄m omēs
vna voce fletu ac gemitu proruperunt
Quos cū cognouisset scꝰ clemēs p dei
noīe relegatos dixit Nō merito meo
dn̄s huc me pduxit ut particeps factꝰ
passionis vr̄e eciam consolacōis efficiar
Et cū multa consolacōis eis et paciencie
vba intimasset didicit ab eis q de sexto
miliario aquā sibi suis humeris app
ortaret Tūc scꝰ clemens dixit Oremꝰ
dn̄m ihm̄ xpm̄ qui fontis venā aperuit
qui pcussit petram in deserto syna
et fluxerūt aque ī abundanciā ipse
nobis latitem affluentē impertiat
ut eiꝰ beneficiys gratulem͛ Cūqꝫ orōe
copleta hinc inde circumspiceret vidit
agnū stantē qui pede dextro erecto
quasi locū sc̄o clementi ondēt Tunc
scꝰ clemēs intelligens dn̄m ēe quē
solus ipē respiceret et aliꝰ penitus
nō videret prexit ad locum et dixit
In noīe patris et fily et sp̄us sc̄i in isto
loco pcutite Sed cū omēs in girum
rastris effoderent et nō ipsum locū
in quo agnꝰ stabat contingeret accep

to breui sarculo scꝰ clemens leui ictu
locū sub pede agni pcuciēs fons afflu
entibꝫ venis ornatꝰ apparuit q̄ suo
impetu vomens fluuiū patefecit Tūc
vniuersis gaudentibꝫ scꝰ clemēs respōsoriū
dixit Fluminis impetꝰ letificat ci
uitatem dei Ad istā aūt famā confugit
oīs prouincia et venientes vniuersi
ad doctrinā sc̄i clemētis conuertebant͛
ad dn̄m ihm̄ xpm̄ ita ut inde quingenti
eciā ampliꝰ baptizati abscederet In
tra vnū aūt annū facte sūt ibi ecclie
accedentibꝫ septuaginta q̄nqꝫ et oīa
ydola confracta sūt oīa aūt templa
p girū prouincie destructa sūt Omnis
locꝰ p tricenta milia in totū girū
incise et euerse sūt Tunc paganis
insultantibꝫ tam inuidiosa relacio
currit ad impatorē traianū qui di
cerent sibi p clementē inumerabilē
xpianorū p̄p̄lm accreuisse Et missꝰ
est dux aufidianꝰ noīe qui multas
xpianorū cateruas diuersis penis
occidens Dū videret oēs gaudentes
ad passionē accedere cessit multitudini
et solū clementē cogens ad sacrificium
Dū videret sic fixū in dn̄o ut penitꝰ
mutari nō posset dixit ad suos Pro
ducat͛ clemens et ligate ei ad collū
anchorā et pcipitet͛ in mediū maris
ut nō possint xpiani huc pdeo colere
Qz cū factū fuisset oīs multitudo xpi
anorū cepit ad littꝰ stare et flere
Tunc dixit cornelius oēs vnanimes or
emꝰ dn̄m ut ondat nō martiris sui
exuuias Orantibꝫ aūt p̄p̄lis recessit
mare in sinu suo p tria fere milia
Et ingressi p̄p̄li p siccū inuenerunt
ī modū templi marmorei habitaculū
a deo paratū et ibi ī archa saxea corpꝰ
sc̄i clementis petri discipuli ita ut et
anchora in qua missꝰ fuerat iuxta eū
fuisset posita Reuelatū est aūt disci
pulis eiꝰ ut nō eū tollerent Quibꝫ
et hoc intimatū est ut oī anno die
passionis eiꝰ recedat mare et p septē
dies aduenientibꝫ siccū iter prebeat
Qz ad laudē noīs sui facit dn̄s fieri
vsqꝫ in hodiernū diem Hoc aūt factū
oēs p girū crediderūt in xpo vbi nullꝰ

Licenza: CC-BY-NC – St. Gallen, Kantonsbibliothek, Vadianische Sammlung, VadSlg Ms. 70, f. 149r – Casus Sancti Galli; Vitae sanctorum (http://www.e-codices.ch/it/vad/0070/149r)